

**D**ominicus hispanus vir sanctitate et doctrina plurimū decoratus. p̄dicator dux et pater inclitus. ac xp̄iane religionis q̄si matutinū sydus emicuit p̄ hoc t̄ps. Is i calogura al' calaroga pago exoniensis diocesis nat'. Qui p̄ felix appellatus. mater iohanna q̄ tres filios habuerūt q̄ postea l̄ris edocti sacerdotiū acceptarūt. Tercius beatus dñicus cui' mater p̄uidit in somnis se gestare catulū accēs amore faculā baiulantē. Qui egressus ex utero totū mundū incēdere videbat. p̄figurans ex ea p̄dicatore' eximū nascitur. fuit em̄ victorū mirabilis obiurgator. oppugnator heresum. fidelū diligentissimus exhortator. ab infantia quoq; cū eo misericordia creuerat. ex canonico aut regulari a deo vocatus cū fr̄ibus socijs p̄dicatorū ordinē incredibili seruire fundauit. q̄ diuinitus instituto ab gloriosa dei genitrice maria religionis habitū assumpsit. Et cū in tholosana albensiq; galliarū regione heresis pullulasset. ac late et longe cepisset serpere. b̄t̄s dñicus tunc primū fama nosci ceptus ad eas extirpandas se cōtulit. Erāt̄vō q̄ armis eā sectam tueri admitterent. Quare datus est ab innocētio pontifice et a francoꝝ rege symon de mōte forti b̄t̄o dominico adiutor. q̄ cū cohorte ab hierosolime expeditione reducta: a sancto viro aduersantiū arma conatusq; retudit. tantisq; ea heresis defixa erat radicibus vt q̄ septimo inchoauerat vit tādē ultimo pontificat' innocēti anno potuerit extirpari. pater aut religionis existens. postea ab honorio q̄ scismaticos apud tholosā domitos audiuit. ordinis confirmatōem obtinere meruit q̄ p̄firmato cū plura monasteria crexisset. Et multis signis ac miraculis claruisset. ac varias regiones docendo et p̄dicando lustrasset. Tandē anno salutis tercio vicesimo et duodecies centeno apud bononiā ytalie ciuitatē. nonis augusti migravit ad dñm. quē postea gregorius nonus auditis eius miraculis et vita preclara in sanctorū numero aggregauit.

S. Dominicus



S. Franciscus



**F**ranciscus seraphicus natione ytalus ex assisio vmbrozū ciuitate oriū. vir vtiq; diuinus. ac primus institutor ordinis fratrum minorū. et fundator mirificus. Circa annos dñi. M. ccvij. primo negociator hūanus et affabilis ac p̄dicator vsq; ad annū. xxv. Inde terrena oīa despiciēs xp̄m in oīi vita secut' est. Et cū aliquādiu pedibus calciat' et corrigia cinct' incessisset. Sentētie dñice memor dicētis. Qui venit ad me et nō renūciat oībus. non potest meus esse discipulus. Abiectis oībus tunica incultam et cōtemptibilem fune p̄cinctam induens nouū mox ordinē constituit. cum quo velut sol i orbe radiās xp̄ianā religionē plurimū illuminauit. Tantū aut in seip̄o rigore austeritatis exercuit. vt in tēptatione carnis. in p̄uinali tpe niue vel glacie operiret. paupertatē quoq; dñam suam semper vocabat. Adlebat potius de se vituperia q̄s laudes audire. oīniq; studio preceuebat ne paupertatis metas trāsiliens ad sup̄flua diffunderet. ardentissimoq; martyrii desiderio feruebat. Ideo sexto cōuersionis sue anno syriā petijt. ac ad soldanū accessit. qui eum oīni honore suscepit. Duobus aut annis an̄ obitū eius vidit in visione seraphinū vnū in aere sex alas habentē cruci manibus extensis pedibusq; coniunctis affixū. alarū vō duas sup̄ caput erectas. et duas ad volandū extēsas habebat. Porro duabus totū corp' tegebāt. Lunq; diutius cogitaret apparebant in manib' ei' quasi fixure clauoz. latusq; ip̄ius dextrū veluti lancea perforatum. Interea cū fr̄ibus suis sic ab eo institutis nouā dedisset regulā. et xp̄i stigmatib' insignitus fuisset. et nomē suū in orbē diffudisset. Cū nullā carni sue requiē dederat a p̄uersione sua. xvij. anno et multis languoribus p̄teritū t̄ps effluxisset. duobus seq̄ntib' grauioribus purgeri cepit. Tandē plen' bonis opib'. apud assisiū urbem suam. Anno salutis nr̄e. 1227. nonas octobris i dño feliciter obdormiuit.

Quem et biennio post gregorius nonus auditis eius crebris miraculis magna prius ob eam rem cōuentu habito. in numerū sanctorū statim retulit. Nicolaus aut tercius papa anno. M. cclxxx. litteras de stigmatib' ei'. xp̄i fidelibus misit

**Q**uoniam et portēta multa hīs annis vbiq; ferme fuere ita vt antiochia et tripolis atq; damascus magna ex pte corruerint. Carthina etiā sicilie insula contra aquarum naturā pelagus retrocessit. et hoīm ferme milia absorbit. In ytaliam insup grandines ouis anserum grossiores cecidere.

**V**isum est quoq; signū mirabile in occidente post occasum solis in stella posita in austro declinans in occidentem indirecto syderis quod astrologi coronam adriagne appellant. Cuiusq; radius quasi trabes magna per multos dies ascēdes in altitudinem firmamenti. P̄dicatores hīs temporibus multa alia signa contigisse asserēbant.

